



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LIV. Beneficia familiarium Papæ ut dicantur reservata, quid
requiratur; & an Curialitas semel contracta censeatur continuata usque ad
mortem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO LIV.

Beneficia familiarium Papæ ut dicantur reservata, quid requiratur; & an Curialitas semel contracta censetur continuata usque ad mortem.

R. P. D. Pirovano.

Decis. 429. par. 5. re. cente.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Veneris 8. Aprilis 1622.

SUMMARIUM.

1. Arbitrium regulatur à jure.
2. Curiam si quis sequatur, Curialis propter est dicendus.
3. Beneficia Curialium, si vacant, etiam si in curia existant, dicuntur vacare apud Sedem. § num. 4.
5. Beneficiorum collatio vacantium apud Sedem, spectat ad Papam.
6. Curialium beneficia, ut dicantur reservata Papæ, duo requiruntur, primo quod sic contracta vera Curialitas, Secundo, quod eadem qualitas in Curiali continuaverit usque ad mortem, nam. 6.
7. Curialitas, si semel fuerit contracta, nisi probetur mutata, præsumitur continuata usque ad mortem.
8. Qualitas semel inherens personæ, præsumitur semper durare.
9. Curialitatis desertio, & mutatio beneficii probatur per affectionem beneficii
10. Habitationis accidentalis animum dicitur quis deposuisse, dum deficit causa accidentaliter commorandi in urbe, ex vera & naturali superveniente occasione domicilii contracti.
11. Domiciliarius urbis si quis est effectus, an ex hoc desinat esse curialis.
12. Curialis, si contraxerit domicilium in urbe, simul etiam stare potest, quod permaneat Curialis, & sequendi Curiam animum retineat.
13. Domicilium acquisitum cum domicilio originis, est comparabile.
14. Per domicilium contractum intra comparabilitas nedum in reinventanda curialitate, sed etiam ad eam acquirendam.

15. Familiaritas Cardinalis remanet, etiam si familiaris haberes Ecclesiam parochialem extra Curiam.
16. Habituatio non omnis in Curia facit curialem, sed illa, que remanet qualificata ab aliquo exercitio inducente curialitatem.
17. Curialitatem, si quis contraxerit, si postea aliquis asserat, eum non amplius esse curialem, tenetur probare eam fuisse dimissam per eum, vel verbo, vel facto contrario.
18. Beneficia familiarium Papæ sunt reservata.
19. Familiaris familiaris mei, an sit meus familiaris.
20. Auditor est familiaris Papæ.
21. Familiaris familiaris Principis, est etiam familiaris ipsi Principi, et ratione excellentie Principis, et protectionis ipsius, sub qua, et Dominus, et familiares sui conferuntur.
22. Beneficia familiarium familiarium Papæ, cadunt sub regula reservationis beneficiorum familiarium Papæ.
23. Papa circa ea, que sunt iuris, non rat.
24. Papa, si in collatione beneficiorum, apponat clausulam dummodo eius assensio ad nos hac vice pertinet, quid importet.
25. Contrarietas in eadem scriptura, si admittatur, sumenda est omnia interpretatio ad eam evitandam.

In casu proposito concurrunt duæ gratiæ ad favorem D. Prosperi de Molara, prima ad collationem beneficiorum, de quo agitur, uti de reservato, ad cuius impugnationem non erat necessaria appetitio oris pro D. Petro Paulo Patriarcha, dum non contineret clausulam, per quam esset sublata facultas illam impugnandi. Secunda respiciebat facultatem capiendi possessionem ejusdem beneficiorum amotis quibuslibet, ac etiam non verificatis præmissis narratis, pro obtinenda dicta gratia, & in hac et apposita clausula sublata, unde pro ea removenda instante Patriarcha emanavit scriptum super appetitione oris, & reductione brevis ad viam juris arbitrio Rotæ, et dato dubio: An intraret arbitrium ad effectum prædictum, Domini voluerunt gratia de reservatione, partibusque super ea informantibus.

Concluserunt non intrare arbitrium, quia constat de reservatione beneficiorum quo agitur, & ea supposita deficit jus conferendi in aliis collatoribus, & consequenter ejusdem Patriarchæ, à quo arbitrium debet regulari, *Casus de Grass. decis. 8. non. de sent. et rejud.*

Vacavit enim per obitum Bernardini Toni, dum ille esset exher, & famulando in servitiis Auditoris Rotæ, Curiam sequeretur, & Curialis propterea diceretur. *Mandof. ad reg. 5. in prima par. numer. 18.* cuius beneficia etiam in Curia existentia dicuntur vacare apud Sedem, *Cap. presentis, S. sane de prat. in 6. ubi gloss. Monach. Archid. Frans. Gemin. ad m. notant & Argid. et Simon de quibus in voto bon. mem. Card. Lancel.*

lure Rota Auditoris, & Reverendiss. Decani idem confirmant, quorum dicta prius
Rota sequuta fuerat in Romana beneficiatus S. Petri 10. Januarii 1593. coram bon.
mem. Cardin. Blanchetto, & in alia simili Clericatus S. Petri 27. Novembrii 1602.
coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, qua est inter impress. in 4. par. divers. 616. §
Et cum hujusmodi beneficiorum collatio ex vacatione apud Sedem, de qua
is cap. 2. de preben. in 6. spectet ad S. D. N. merito visum fuit constare de re-
servatione.

Non obstat, quod ad effectum reservationis predictæ duo debeant probari, 6
nempe vera curialitas contracta per Bernardinum. Secundò, quod eadem qualitas
in eo continuaverit usque ad mortem, & prout dicebatur hæc qualitas desiderari per
extravag. ad regimen. & regul. 5. Cancell. & idem disponatur in d. §. sane, quem in hunc
sensum intelligunt ibidem Archid. in fin. & Anchar. in §. notab. & Mandos. in regul. 5.
in 3. quest. in fine.

Quia ubi semel acquisita curialitas non impugnatur, eadem usque ad mor- 7
tem continuata censetur, nisi probetur mutata, Bart. qui loquitur de domicilio ac-
cidentaliter acquisito per habitationem, & in eolatum in l. assumptio §. ultri. ff. ad mu-
cip. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 42. numer. 12. & presump. 25. num. 3. 8

ubi loquitur de qualitate semel inherente personæ, quæ præsumitur ita per durare.
Non obstat, quod mutatio, & desertio curialitatis bene probetur per affec- 9
tionem hujus beneficii ab eodem Bernardino requirentis residentiam, per quod di-
citur contraxisse domicilium in Urbe, Felin. in cap. dilectus il. 2. num. 4. de rescript. dec.
113. par. 2. in recent. & indè deposuisse animum accidentaliter habitations, dum deficit
causa accidentaliter commorandi in Urbe ex vera, & naturali superveniente occa-
sione domicilii contracti.

Quia adhuc consequentia non est necessaria, si dicatur, Bernardinus effectus 11
est domiciliarius Urbis, ergò definit esse curialis, quia simul esse potest, quod quis
contraxerit domicilium in Vrbe, & nihilominus permaneat curialis, & sequendi cu- 12
riam animum retineat, prout compatibile est domicilium acquisitum, cum domicilio
originis, Menoch. ead. presump. 42. l. 6. quinimò eadem compatibilitas intrat, nedum 13
in retinenda curialitate, sed ad illam acquirendam post contractum domicilium, ut
dictum fuit de familiaritate Cardinalis, etiam quod ille haberet Parochialem Eccle- 14
siam extra curiam, in Papien. prepositura 10. Novembrii 1610. coram Episcopo Avra- 15
batesi.

Neque dicatur, quod hæc duo admitti possunt, scilicet, ut Bernardinus ab ini-
tio fuerit curialis, & quod curialitas non sit incompatibilis cum beneficio requiren-
te residentiam, sed nihilominus durat tertia difficultas, quod beneficiatus continua-
verit usque ad mortem in eodem officio, quod dedit causam curialitati, cum non om- 16
nis habitatio in curia faciat curialam, sed illa, quæ remanet qualificata ab aliquo ex-
ercitio

exercitio inducente curialitatem, ut in eadem *dec. 616. n. 2. par. 4. divers.* fuit dictum.
 Quia hoc est, quod supra firmatum fuit, Patriarcham habere regulam con-
 17 se, super continuatione curialitatis, quam tenetur probare fuisse dimissam per Be-
 nardinum, vel verbo, vel facto contrario, vel per cessationem causæ accidentaliter, que
 releverit, ut in de reservatione excludatur, de quibus adhuc visum fuit non consistere, ut in
 18 Breve arguatur, quod sit fundatum in falsa causa reservationis.
 Placebat etiam Dominis alterum caput reservationis deductum ex familiaritate
 re Papæ, dum Breve emanavit motu proprio, & narrativa continet, quod Bernar-
 19 dinus exter & unius ex causarum Palatii Apostolici Auditoribus continuus con-
 mentalis atque curialis existens, præfatum Beneficium obtinuit, & hodie, seu nupti-
 20 pud Sedem præfatum diem clausit extremum, vacaverit, & vacet, nullusque de-
 lo præter nos, hac vice disponere poterit, siue possit, reservatione, & decreto obta-
 21 tibus supradictis. Nam etsi quæstio sit apud scribentes, an familiaris familiaris
 sit meus familiaris, ut inde dicatur familiaris Papæ, ille qui est familiaris Auditoris
 22 causarum Palatii Apostolici, qui indubitanter est familiaris Papæ ex constitutio-
 Pauli III. quæ est tertia in ordine Bullarum, attamen cum multi sequuti fuerint po-
 23 tem affirmativam ratione excellentiæ Principis, & protectionis illius, sub qua
 Dominus & familiares sui conservantur, ut *Salvoe. in l. 2. n. 5. C. de Episc. & Cleri-*
 24 *cens, propterea illorum beneficia comprehendit sub regula reservationis beneficiorum*
 familiarium Papæ, & alii allegati per *Menoch. de arbit. cas. 201. n. 120.* inde dicendum
 est saltem ad evitandum obiectum falsitatis causæ ex eo, quod Papa affirmativè au-
 25 travit reservationem, & super ea disposuerit, voluisse declarare quæstionem hanc
 indubitata facti suppositione, quod Bernardinus esset familiaris Auditoris Romæ,
 quando rationes *Anchar. in conf. 193. n. 1. & seq.*
 Neque obstat clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertinet, qui
 26 solet ostendere Papam noluisse de beneficio providere, nisi reservatum probetur
 eadem *dec. 616. n. 2. par. 4. divers.* admittitur.
 Quia prius in eodem Breve affirmativè loquutus fuit Papa, quoad vacationem
 27 præsentis beneficii, propter familiaritatem, & curialitatem, & addit ibi, nullusque
 illo præter nos hac vice disponere poterit, siue possit, unde, ne in eadem scriptura
 28 admittatur contrarietas, sumenda est omnis interpretatio, ad eam evitandam, cap-
 29 ter *d. leões, de fide instr. Bart. in l. fin. §. idem quæstio ff. de cond. indeb. Arretin. conf. 9. n. 1.*
 qui loquitur in Bullis Papæ. *Perreg. conf. 14. n. 7. vol. 3.* atque ita, quo ad vacandi modos
 sub clausula restrictiva, siue præmissa, contentos, operetur suos effectus, & quo ad fa-
 miliaritatem pura remaneat declaratio.
 Et ita &c.